

statuit expectandam classem. Quae ubi convēnit ac primum ab hostibus visa est, circiter ducentae et viginti naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae¹ profectae ex portu nostris adversae constiterunt²: neque satis Bruto, qui classi praeerat, constabat,³ quam rationem pugnae insisterent.⁴ Una erat magno usui res praeparata a nostris, falces⁵ praeacutae. His cum funes, qui antennis⁶ ad malos destinabant,⁷ comprehensi adductique⁸ erant, navigio⁹ remis incitato prae rumpebantur.¹⁰ Quibus abscissis, antennae necessario concidebant, ut, cum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque¹¹ consisteret,¹² his ereptis, omnis usus¹³ navium uno tempore eriperetur.

¹equipped. ²take up position. ³it was not very clear. ⁴they should adopt. ⁵hook.
⁶yard-arm. ⁷make fast. ⁸draw tight. ⁹ship. ¹⁰break off. ¹¹tackle. ¹²centre.
¹³control.

XVI.

Disastrous defeat of the Gauls (Caes., Bell. Gall., III., 19).

Locus erat castrorum editus,¹ et paulatim ab imo acclivis² circiter passus mille. Huc magno cursu hostes contenderunt, ut quam minimum spatii³ ad se colligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique⁴ pervenerunt. Sabinus, suos hortatus, signum dat. Impeditis hostibus propter ea, quae ferebant, onera, subito duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est (*the result was*) opportunitate loci, hostium inscientia ac defetigatione, virtute militum, superiorum pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent ac statim terga verterent. Quos impeditos integris viribus milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt; reliquos equites nostri consecrati paucos reliquerunt.⁵ Civitates omnes se statim dederunt. Nam, ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.

¹high. ²aloping. ³time. ⁴out of breath. ⁵leave alive.

XVII.

The murder of Tasgetius (Caes., Bell. Gall., V., 25).

Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua civitate regnum obtinuerant. Huic Caesar pro eius virtute atque in se benevolentia, quod in omnibus bellis singulari eius